

VETERUM SCRIPTORUM  
DE TERENCE  
JUDICIA.

ORATORUM.

*Cicero lib. 7. Epist. 3. ad Atticum.*

**S**ecutus sum, non dico Cæcilium (malus enim autor Latinitatis est) sed *Terentium* cujus Fabellæ propter elegantiam sermonis perhibentur a Lælio scribi.

*Idem in Lælio ex persona Lælii.*

Verum est quod in *Andria* familiaris meus *Terentius* dixit. Et mox: In obsequio, quoniam *Terentiano* verbo lubenter utimur, comitas adsit.

*Tuscul. quæst. lib. 3.*

Multa *Terentius* e Philosophia sumpsit.

*Lib. 1. de Finibus.*

An *Synephebos* ego potius Cæcili, aut *Andriam Terentii*, quam utramque *Menandri* legam?

*Lib. de optimo gen. Oratorum.*

In re quod optimum est, quæritur: in homine dicitur, quod est. Ita licet dicere, & *Ennium* summum *Epicum* Poetam, si cui ita videtur, & *Pacuvium* *Tragicum*, & *Cæcilium* fortasse *Comicum*. Oratorem genere non divido: perfectum enim quæro. Unum est autem genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, ut ab *Attio Terentius*, sed in eodem non sunt pares.

*M. Terentius Varro apud Norium.*

In argumento Cæcilium poscit palmam, in *ethesi Terentius*, in sermonibus *Plautus*.

*Pli-*